EPITAPHIUM SEPULCHRALE,

Pie Defunctæ,

Nobili & Ornatissimæ Fœminæ

ELISABETHÆ,

CONSORTI AMANTISSIMÆ,

VIRI SPECTABILIS

DN. JOANNIS RICHTSTEGII,

Scabini in Veteri Thoruniensium Civitate bene merentis,

FILIÆ autem Charissimæ,

VIRI

MAGNIFICI NOBILISSIMI ac CONSULTISSIMI

DOMINI SIMONIS SCHULTZII,

Præ-Consulis apud Thorunienses longe gravissimi meritissimi,

Debitæ propensionis Stylo

Exaratum,

Et

Tunestis Parentalibus,

Per

Ant. Chr. de Str. Lapczynski.

Præsentatum

Anno 1708. Die 8. Junii.

THORUNI,

Impress. Johannes Conradus Rügerus.

HUc Oculos,
Huc aures,
Huc Animos, huc mentem,
Arrigite mortales.
Videte, Considerate, obstupecite,
Tumulus hic,
Vestris hodie qui patet Conspectibus,
Lapis Offensionis est:
Communis Mortalium scopulus,
Terminalis Alcidæ Columna;
Vitæ scopus,
Mortalitatis terminus.
Inevitabilis,
Lapis offensionis est.
Ad quem,
Non pedes sed Corda offenduntur.
Scyllis atrocior,
Communis mortalium scopulus.
Quod quod scilicet,
Per Miseriarum mundi hujus Mare immensum
Navigamus Peregrini,
Ad hunc fragili vitæ navicula allisi
Fatali subiacemus naufragio.
Verior,
Terminalis Alcidæ Columna.
In hoc enim
Finale Non Plus ultra,
Inscribitur Cunctis.
Fatalis heu!
Terque quaterque Fatalis scopulus!
Qui hodie etiam,
In atrocitatis suæ documentum,

Per

Per mundi Oceanum,
Adversis navigantem fluctibus.
Nobilis ELISABETHÆ,
Vitæ naviculam,
Tot pretiosis mercibus onustam,
Tot Divitiis plenam.
Quod auro gemmis & omni pretio majoribus
Virtutibus,
Quod Incomparabilibus meritis,
Ac egregiis Qualitatibus,
Fatale pati cogit naufragium.
Atque uno fluctu
MAGNE DOMUS,
Aureum Decus,
Unicas,
Non minus annis quam meritis gravium,
Parentum Delicias,
Amantis.
Cor Dimidiumque Viri,
Spes altæ Prolis
Submersit Infande.
FILIAM,
Quæ unica supererat,
Patri huic,
Cui parem.
Nequei nter natos numeravit,
Neque inter mortuos deflevit,
Thorunium.
Altæ Prosapia Familiæ,
Nulli Minoris,
Virtute ac Meritis,
Omnibus majoris,

SIMO-

SIMONIS SCHULTZII,
PRÆCONSULIS THORUNENSIS.
Uxorem Viri,
Qui
Non minus ſublimi genere,
Quam ſummis Dotibus,
Coequatur Maximis.
Ad hunc igitur tumuſum
Siſtite gradus Peregrini,
Et defunctæ date lacrymas:
Mæſtis autem Parentalibus,
Solamina
Ut quos
Crudelis Fatorum Actus afflixit,
Amicus votorum affectus veſtrorum
recreet.
Hæc una mecum intimis exoptantes deſideriis
Ut in quibus damnum intulere Parcæ,
Obligata cum honore fortuna & Gloria
rependat omnimode,
Et in hoc lapide,
Suam illis exaret obligationem;
Inquo ego quoque
Ipſo ſinceritatis ſtylo,
Officiorum meorum debitum
Subſcribo
Fauſtiſſima Quæque
Exoptans.